



286  
quod amentum vobis magis inclinat. et sic deus equaliter omnia diligit. Alio  
modo ex parte obiecti secundum quod quis dicit magis amare illum cui maior bonus  
vult et sic deus dicit magis diligere unum magis quam alium. in quantum vult ei maior  
bonus. Ad secundam rationem quod ratio procedit de affectu dilectionis secundum quem omnia  
equaliter diligit quia unum et simplici actu. quibus non velit semper equale bonum  
vel idem omnibus. Ad terciam rationem procedendo argumentum.

**Ad secundam questionem sic proceditur et videtur quod beatus**  
Iohannes non fuerit mortuus quia in primo evangelio scribitur. Sic volo eum ma-  
nere. scilicet. vivum donec veniam. scilicet in fine mundi. In quo positum est quod hodie in ecclesia  
sancta recolitur eius obitus. Item dicitur quod occasione illius ubi sic eum  
volo manere. quidam dixerunt Iohannem non esse mortuum. sed usque ad novissimum  
diem victurum et in sepulcro dormientem donec veniens Christus excitet eum. Be-  
sceptientes signum quod in sepulcro eius videtur quodam scaturitio mane per modum  
et ultionis erurgere et dicitur hoc causari ex anhelu eius. sed ut dicit alber-  
tus hec est fabula. Alii vero eum non dicunt esse mortuum sed dicit eum cum enoch  
et helya translatum in paradysum pugnatum cum antichristo et per christum susci-  
piet martirium. nec hoc videtur verisimile tam dilectum sibi apostolum tam diu hoc  
est. tanto tempore usque ad finem mundi suspendere a sua visione et fructu alijs  
apostolis in gloria exhibebat. Et ideo cum alijs dicitur quod beatus Iohannes  
mortuus est. sed non per martirium et quod statim post mortem resurrexit. et cum cor-  
pore et anima translatus sit ad locum beatorum. Et huiusmodi rei capit argu-  
mentum. quod in sepulcro eius corpus non invenit. sed de fundo sepulcri in arena  
scaturit et bullit. in signum eius quod populum dei vivet celesti pane pavit. Non  
enim videtur incredibile quod corpus tam dilecti apostoli dei sine veneratone in celo et  
in terra reliquit. Et cum non inveniat ad venerandum. pius est credere quod in celo  
beata vita et immortalitate sit vestitum. ut dicit albertus. quod vero dicitur. Sic eum volo  
manere. sic intelligit. i. nolo eum mori per martirium nolo quod per tortoris supplicium  
eum ab hac vita prescindat. quod si venientem bibit. non tamen nocuit donec veniam ad  
vocandum eum ad gloriam. unde legitur in vita sua quod in ultima senectute sua apparuit  
et ei dominus dicens. Genu dilecte mihi. quod tempus est ut cum fratribus tuis mecum epuleris.  
**In festo innocentium est evangelium. In illo tempore Angelus**  
apparuit in seminis ioseph etc. Math. ij. Circa quod potest hec disputari. Primum  
ut innocentes veraciter dicantur martires christi. Secundo. Ut baptismus  
languinis suppleat defectum baptismi aque.

**De prima questione sic proceditur et videtur quod innocen-**  
tes per christum occisi non dicantur veraciter martires christi. Primo  
sic nulla passio videtur meritoria et martirii corona digna nisi sit vo-  
luntaria. sed passio istorum innocentium non potuit esse voluntaria cum visum ra-  
tionis non haberet. ergo non videntur posse dici martires. Secundo sic. Martirium  
est actus virtutis. sed omnis actus virtutis est voluntarius. scilicet talis non fuit in illis ut di-  
ctum est etc. Tercio sic. Martir in greco dicitur testis fidei christiane. scilicet innocen-  
tes illi non poterunt esse testes fidei christiane cum visum liberi arbitrij non haberet.